



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis

Dietrich <von Engelsheim>

Münster, [1893-1897]

45. Declaratio excommunicationis per episcopum Electensem in curia
Romana contra Coloniensem fulminata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

dar vel unde mangerleye wort vorwert¹⁾ unde wedderwert,¹⁾ up grote kost gearveidet, unde interlocutorien vel gingen.

Do wort se to lesten bevolen magistro Johanni Scallerman, decretorum doctori, tunc episcopo Gorsensi, nato de Susato, de node²⁾ in den saken wat dede unde rechtfferdich beropen wass. De arveidede do by dem legaten Juliano, cardinali Sancti Angeli. So he vornam, dat se nicht dar wolde ende nemen unde indracht doen wolde deme gantzen concilio, so twidrachtigh stunden³⁾ umme de sake to werden⁴⁾ der ertzebischope van Mentze unde Colne, unde vant⁵⁾ do den wech, dat de sake wort wedder hir neder gesant unde dem hogenbornen fforsten, hern Adolffe, hertogen van Gulike unde dem Berge bevolen, up dat in dem concilio de⁶⁾ lichter de wile mochten ere sake to ende komen. So nam de ergenompte hertoge umme scriffte unde bede willen des legaten de sake an sek unde screff beyden partigen, vor sek to Colne to komen, in maten hirna de scriffte volgen. Wo do dat uetgink unde ende nam, is hir na to sende, unde to vinden, dat et wenich halp, wo vel dieten darumme kostliken holden worden; deme capitele na erem cleynen gode tegen solken groten riken vorsten unde heren to groten unvorwintliken vorderffliken schaden. Gode erbarme dat!

Mit Weglassung der gerichtlichen Formalien im Auszuge wiedergegeben.

45. Petrus, Dei et apostolice sedis gratia episcopus
1429 Electensis,⁷⁾ executor sex diffinitivarum sententiarum,
22. Juni.

¹⁾ Das Für und Wider der Angelegenheit erörtern. ²⁾ wider Willen, faum.

³⁾ nämlich die Konzilsväter; der Relativsatz ist *κατὰ σύνεσιν* konstruirt. ⁴⁾ den Erzbischöfen von M. und C. zu Liebe. ⁵⁾ der Legat Julianus. ⁶⁾ desto. ⁷⁾ Electa, Bischofssitz in Languedoc in Frankreich.

de quibus infra fit mencio, a sede apostolica specialiter deputatus, universis et singulis . . . quibuscunque per civitates et dioeceses Treverenses, Colonienses et Spirenses ac alias ubilibet constitutis . . . salutem in Domino. . . .

Noveritis, quod, postquam nos alias super certis litteris executorialibus apostolicis . . . super executione trium pro discreto viro Jacobo Brogelin, Spirensi . . . de et super mille trecentis et septem, necnon super executione trium diffinitivarum sententiarum aliarum pro discreto viro Johanne Ottonis de Cuba, laico Treverensis dioecesis contra . . . dominum Theodericum, archiepiscopum, de et super mille et ducentis florenis Renensibus . . . in Romana curia latarum . . . litteras et processus executoriales pro parte dictorum Johannis et Jacobi, principalim, cum solita censurarum ecclesiasticarum fulminatione, eciam cum aggravacione, reaggravacione, interdicti posicionem et brachii secularis invocacione decrevimus et concesseramus, . . . sanctissimus in Christo pater . . . dominus Martinus . . . papa, quintus, quandam . . . supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit, . . . huiusmodi sub tenore: „Beatissime pater! Latis dudum . . . per diversos palatii auditores tribus pro devoto viro Jacobo Brogelin . . . et aliis tribus pro . . . Johanne Ottonis de Cuba . . . diffinitivis sentenciis . . . contra . . . dominum Theodericum, archiepiscopum Coloniensem, que in rem transierunt iudicatam, ac aliis litteris apostolicis executorialibus . . . desuper confectis, fulminatis et . . . executis ac coram reverendo patre, . . . domino Petro, episcopo Electensi, principali executore cum earum debita executione reproductis, est, quod . . . potencia dicti domini archiepiscopi considerata prelati in partibus

abhorrent, contra dictum dominum archiepiscopum ad executionem procedere, parumque prodest, sententias ferre, nisi exequantur. . . . Supplicatur ergo Sanctitati Vestre, . . . quatenus eidem domino episcopo et executori committere et mandare dignemini, ut ad . . . executionem contra dictum dominum Theodericum . . . procedat et supradictis Jacobo et Johanni iusticiam faciat cum potestate, . . . dominum Theodericum . . . citandi per edictum, cum ad eum non pateat tutus accessus.“ . . . In fine vero dicte . . . cedula scripta erant . . . hec verba: „De mandato domini nostri pape audiat idem episcopus, procedat, ut petitur, eciam per edictum et iusticiam faciat.“

Cuius quidem commissionis vigore, citacione . . . contra . . . dominum Theodericum . . . decreta, ipsaque citacione per . . . Petrum Guffer, canonicum sancti Bartholomei Frankfurti, Moguntine diocesis, procuratorem . . . reproducta, nos . . . ulterius ad . . . magistri Henrici Byrwisch . . . procuratoris legitime substituti instanciam . . . dominum Theodericum, archiepiscopum, ex adverso principalem, omnesque alios . . . sibi adherentes in hac parte ad dicendum et opponendum, . . . contra commissionem nobis . . . factam . . . citari mandavimus . . . ad certum peremptorium terminum. . . .

In quo comparuit . . . coram nobis magister Henricus Byrwisch . . . citatorumque . . . non comparentium . . . contumaciam accusavit ipsosque contumaces reputari per nos, instanter postulavit.

Nos tunc dictos citatos non comparentes . . . reputavimus merito . . . contumaces, et . . . eosdem citatos . . . citari mandavimus et fecimus ad certos peremptorios terminos successivos.

In quibus et eorum singulis comparente magistro . . . Byrwische citatorumque . . . non comparentium contumaciam accusante ipsosque contumaces reputari per nos, instanter postulante, nos . . . dictos citatos non comparentes neque singulis . . . terminis in aliquo satisfacere curantes reputavimus merito, prout erant, exigente iusticia contumaces.

Deinde vero quedam peticio . . . per . . . dominum Petrum Guffer procuratorem . . . oblata huiusmodi sub tenore: „Petit procurator . . . Johannes Ottonis de Cuba et Jacobi Brogelin, . . . per vos . . . dominum Petrum, episcopum Electensem . . . pronunciari, decerni et declarari, dictum . . . dominum Theodericum, archiepiscopum, [in]¹⁾ excommunicacionum sentencias et alias penas in processibus per vos in vim litterarum apostolicarum desuper confectarum . . . fulminatas . . . ex eo, quia legitime . . . requisitus iudicato non paruit, incidisse, declarandum, ipsumque ut talem denunciandum publice et ab omnibus Christifidelibus vitandum fore, literasque desuper . . . per vos . . . concedi, dictumque . . . Theodericum . . . in expensas propterea legitime factas condemnandum fore.“ . . .

Subsequenter vero nos . . . magistrum Jordanum de Baest, in Romana curia et . . . domini Theoderici archiepiscopi . . . procuratorem, . . . ad videndum et audiendum, prefatum dominum Theodericum archiepiscopum . . . [in]¹⁾ penas, sentencias et censuras ecclesiasticas . . . incidisse declarari . . . ac nostram . . . sentenciam . . . promulgari, vel ad dicendum, . . . quare hoc fieri non deberet, per . . . cursorem citari mandavimus . . . ad certum peremptorium terminum.

¹⁾ ergänzt.

Quibus . . . coram nobis iudicialiter comparentibus, magistris Henrico Byrwisch ex una et Jordano de Baest . . . partibus ex altera, idem . . . Henricus Byrwisch dominum Theodericum . . . propter nonparicionem litterarum . . . in sentencias et penas in eisdem litteris . . . contentas incidisse, . . . declari ac sentenciam . . . desuper in scriptis ferri et promulgari . . . in . . . Jordani de Baest . . . presencia per nos instanter postulavit.

Nos tunc Petrus et executor prefatus . . . diligenter . . . examinatis omnibus et singulis . . . de iuris peritorum consilio . . . nostram . . . sentenciam, . . . magistro Jordano . . . in premissa minime consenciente, sed . . . protestante, . . . in scriptis tulimus . . . ac ferimus et promulgamus in hunc, qui sequitur, modum.

De iurisperitorum consilio per hanc nostram sentenciam . . . pronunciamus, decernimus et declaramus, . . . dominum Theodericum, archiepiscopum Coloniensem propter non paricionem trium pro Johanne Ottonis et . . . trium pro Jacobo Brogelin . . . diffinitivarum sentenciarum . . . interdicti ab ingressu ecclesie et suspensionis a divinis ac eciam excommunicacionis maioris penas et sentencias . . . incurrisse et incidisse declarandum et a communione Christifidelium vitandum fore, ipsumque . . . vitari mandamus, prefatumque dominum Theodericum . . . in expensas . . . condempnamus, earundem . . . taxacionem nobis in posterum reservantes.

Que omnia . . . vobis omnibus . . . notificamus . . . per presentes.

Quocirca vos omnes . . . requirimus et . . . mandamus, quatenus statim visis et receptis presentibus et postquam . . . fueritis requisiti, . . . eundem dominum Theodericum . . . interdictum, suspensum et excommunicatum et sentencialiter declaratum in vestris ecclesiis,

monasteriis et capellis, dum ibidem missarum et aliorum divinorum solempnia celebrabuntur, aliisque locis, ubi, quando et quociens expediens fuerit, publice nuncietis et publicetis . . . ipsumque ut talem vitetis et ab aliis arcius evitari faciatis, donec et quousque predictis sex diffinitivis sententiis . . . realiter paruerit et absolutionis beneficium a nobis vel superiori nostro meruerit obtinere. . . . Absolucionem vero . . . nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum . . . fidem . . . promulgata fuit hec presens declaratoria per nos Petrum, episcopum et executorem. . . . Rome in domo habitationis nostre hora vesperarum ad iura reddendum pro tribunali sedentes sub anno Domini MCCCCXXIX, pontificatus . . . domini nostri pape anno duodecimo, die vicesima secunda mensis Junii, presentibus ibidem . . . Johanne Pigonche sancti Petri Insulensis, Gotfrido Dubier, beate Ode Rodonensis, Tornacensis et Leodiensis ecclesiarum et Petro Fabri, clericorum Leodiensis diocesis, testium ect.

Michael Siqueti, clericus, in decretis baccalaureus, Vaniensis¹⁾ diocesis autoritate apostolica notarius.

Copia littere capituli Osnaburgensis domino pape Eugenio ad instanciam capituli Paderbornensis scripte.

Mit Weglassung der Formalien im Auszuge wiedergegeben.

Oscula devotissima pedum beatorum, Beatissime **46.**
 pater! Vestre beatitudinis devoti oratores prepositus, 1431
 decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis, nostri ^{10. Sept.}
 amici singulares, nobis . . . significarunt, qualiter . . .
 dominus Theodericus, archiepiscopus Coloniensis, sibi et
 ecclesie sue Coloniensi ecclesiam Paderbornensem, quam
 ut . . . administrator . . . possedit, sine eorum consensu . . .

¹⁾ Vannia, jetzt Venzone, Stadt in Italien.